





Ba. 10. num. 10.

10  
COMMENTATIO IVRIDICA  
DE  
LITIS DENVNCIATIONE ACTORIS  
EIVS QVE  
VSV ET APPLICATIONE IN FORO

QVAM

1774, 3

CONSENTIENTE ILLVSTRI IVRECONSULTORVM ORDINE

P R A E S I D E

ADOLPH. FRID. TRENDLELENBURG

S. PALATII CAESAR, COMITE

A. A. LL. MAGISTRO PHILOS, ET I. V. DOCTORE

SOCIET. DVC. TEVTON. HELMSTAD. HONORIS CAVSSA ADSCRIPTO

A D H V C

SERENISS. DVCIS REGNANT. MECLEN. IN FRIDERICIANA SYA

IVR. PROF. ORD. ET ICTOR. ORD. SENIORE

I A M

AD SACRAE REGIAE MAIESTATIS SYECICAE SVMMVM

IN GERMANIA TRIBVNAL WISMARIENSE EVOCATO ADSESSORE

MVSIS BVETZOVENSIBVS

VALE DICTVRO

PRO RITE OBTINENDIS  
SVMMIS IN IVRE HONORIBVS

D E F E N D E T

A VCTOR


AVGVSTVS GVILIELMVS STVDEMNVND

GRVEENHAGENSIS MECLENBURGICVS

IN DICASTERIO AVLICO ET PROVINCIALI GVSTROVIENSI

IMMATRICVLATVS ADVOCATVS ORDINARIVS

ET SOCIET. DVCAL. TEVTON. IENENS. SODALIS



BVETZOVII

A. D. XIII. IANVARII A. O. R. 1774.

35

COMMISSIONATIUS LIBER

THESSALONICIENSIS VICTOR

IX FABRO

EX COMMISSIONATE HABITATUR TERRA TERRA OCCIDENTALIS

EX CAVITATE TERRA TERRA OCCIDENTALIS

DICITUR ERINIA TERRA DILENIAUR

EX CAVITATE TERRA TERRA OCCIDENTALIS

EX CAVITATE TERRA TERRA OCCIDENTALIS

EX CAVITATE

EX CAVITATE TERRA TERRA OCCIDENTALIS

III. 12.  
II. 2.  
S E C T I O N.

LITIS DENUNCIATIONE IN GENERE, MAXIME EA,  
QUAE FIT A REO.

§. I.

*Ratio introductae a legibus denunciationis.*

**A**equitati sane omnique iuris rationi ac legibus repugnaret, si quis cum damno alterius fieri posset locupletior, alter vero re et pretio simul carere deberet. Id quod tamen saepe numero euenturum esset, nisi euictionis praefatio, qua restitutio pretii et praefatio omnis eius, quod interest, comprehenditur, a legibus esset introducta et stabilita. Quare si cui, qui rem ab alio accepit, lis super hac re mouetur, et naturali rationi, et iuri scripto consentaneum est, vt is, a quo res est in alterum profecta, huic euictionis nomine teneatur. Sed cum leges in omni lite iuslum ordinem fetuari volunt, neque permittunt, vt quis inauditus condemnetur, instituerunt litis denunciationem, quo magis auctor denunciatus exceptionibus aliisque defendendi remedij instrutus, alteri in iure afflstat, et hoc modo denunciantem ab actione, seque ipsum ab euictionis incommodo liberet.

A 2

§. II.

## III

## §. II.

*Litis denunciationis definitio.*

Litis denunciatio ergo, si finitione illam comprehendere et paucis describere placet, in genere est actus, quo quis eum, qui sibi indemnitatē praestare tenetur, de mota lite, a cuius exitu haec indemnitatē praestatio pendet, certiorē reddit, vt ei in hac lite auxilium praestet, eumque defendat. Quae quidem, cūm ordinario et plerumque fieri solet ab eo, qui res euincitur, ei, a quo quis rem accepit, et qui de euictione tenetur, ita describi solet, vt sit actus, quo quis ab altero iudicialiter contentus, auctori suo actionem contra se motam notam facit, eumque ad assistendum seque defendendum in lite euocat. a) Fit igitur haec litis denunciatio 1) auctori, consistitque 2) in eo, vt hic certior reddatur de actione ab altero instituta, et 3) eo tendit, vt denunciatus denunciante in lite assistat. Auctorem autem hoc loco nobis dici eum, a quo res profecta est, b) adeo notum est, vt id monere vix opus esse videatur.

## §. III.

*De modo, quo lis denunciatur.*

Haec litis denunciatio fieri debet illi, aduersus quem lite perdita, regressus patet, vt certior reddatur de lite mota. (§. 2.) Poteſt autem ea vel iudicialiter fieri, vel extrajudicialiter et priuatim. Iure communi priuata denunciatio, quia legibus hac de re nihil cauetur, omnino valida est, et denunciato comparitionis necessitatem imponit. a) Sed vt iudicis

aucto-

a) L. 20, 21, 29. C. de euift. SEY- b) BARNAB. BRISSONIUS de ver-  
SARTH R. Pr. L. II. Cap. 4. §. 1. p. borum significatione, hac voce.

732. HELLFELD iniurispr. for. §. 1125. a) WERNHER P. VII. obf. 14.  
Addatur omnino LETZER Spec. 241. KRAYS L. 1. Cap. VII. Sect. 3, §. 1,  
med. 1.

KNORRE

auctoritate fiat, in genere magis suadendum, *aa)* et tam iure Saxonico expresse constitutum, quam plerorumque in Germania iudiciorum vsu receptum est, *b)* quod et in Dicasteriis Mecklenburgicis obseruari solet. Quare intelligitur, ubi hoc lege vel consuetudine obtinet, ibi eum, cui priuatim aut ore tenus lis denunciata est, ad comparendum non obligari, *c)* quin et exceptionem non rite insinuatae citationis, eum de iure opponere posse. *d)* Semper vero litis denunciatio ita est insituenda, ut *1)* auctor certior reddatur de actione intentata, *2)* ut ad defendendum reum in auxilium vocetur, quare *3)* vsus fori fert, ut copia libelli et citationis notitiae gratia ipsi transmittatur. Minime autem necessario requiritur, quod nonnulli ICti putant, ut integra acta denunciato transmittantur, sed sufficit, scire auctorem, quis agat, quae actio intentata sit, et quousque causa peruenierit. *e)* Quia vero hie actus est judicialis, in scriptis omnino fieri debet. *f)*

### §. III.

\* NORRE Einleit. zum gerichtl. Proc. *d)* MARTINI ad O. P. Sax. titul. *L. II.* Hause-St. *II.* p. 401. HARPPR. *XIII.* §. 1. n. 17.

Responf. 98. n. 114 p. 803. ESTOR R. *e)* FRANZK. in comm. ad ff. *L. XXI.* Pr. §. 2102. L. B. DE CRAMER obf. iuris Titul. *II.* n. 698. STRYCK V. M. L. vniuers. Tom. *II.* P. I. p. 2. Dissentit *XXI.* titul. *II.* §. 18. ESTOR L. c. §.

RIVIN. enunc. iur. Tit. 14. en. 8. *2100.* LUDOVICI Einleit. zum Civil-

*aa)* SCHAVMBVRG Princip. prax. iur. *Pr. C. XXXVII.* §. 10. *rid.* iudiciar. *L. I.* Seßt. 2. c. 6. §. 3. not. *f)* WESENDEC. in comm. ad C. L.

\**\**. p. m. 388. *III.* titul. *XVIII.* n. 36. FRANZK. *I. c.*

*b)* BARTH Hodeg. for. Cap. *I.* p. 86. *n. 699.* STRYCK. *I. c.* De citatione ad *n. 6.* STRYCK. *v. m. L. XXI.* Tit. *II.* *ff. 18.* FRANZK. *v. ad L. XXI.* *ff. tit.* *II.* n. 697. O. P. SAX. *Ei. rec.* Titul. *XIII.* Imperii R. G. tribunalibus decerni solet ad litis denunciationem ibi factam vid.

*P*ETTER in introd. in rem iudic. *christoph. LANG* in Ifagog. Proc. *C. XIII.* n. 7 p. 83. *VIII.* §. 434.

(A 3)

§. IIII.  
Quando litis denunciatio sit instituenda.

Potest autem litis denunciatio fieri in quacunque iudicij parte, modo adhuc res plane sit integra, nec sententia iam in rem iudicatam transierit; a) de iure communi etiam in appellationis instantia, quia ibidem admittitur noua probatio. b) Sed, ut diximus, id maxime requiritur, vt res adhuc sit falsa, et denunciatus possit proponere articulos intentioni appellati contrarios. c) Quare, cum iure fax. elect. ob metum subornationis nouae probationes in appellationis instantia non recipiantur, d) nec litis denunciatio in eadem admittitur, e) nisi forsitan auctor per instrumentum plane liquidum probari possit. f) Ex quo intelligitur ratio, propter quam regulariter instituenda sit ante litis contestationem. g) Nam litis contestationi omnes exceptions sunt annexandae, nec post eaudem ex regula admittuntur, h) ideoque nec auctori, qui rem antea possedit, et ob antiquorem illam possessionem forsitan plures et fortiores exceptions suppeditare potuisset, quibus intentio actoris elideretur, earum oppositio amplius

a) BOENIGCK Pract. pract. L. I. Cap. Jarum s. de Proc. L. III. c. 5. n. 24. §q. XVII. p. m. 6; FRANZ. in comm. ad BRUNNEMANN ad L. 29. ff. de cunctis ff. L. XXI. Titul. II. u. 70. RIVINI enunc. iur. titul. XIV. Et. II.

b) L. 4. C. de tempor. appell. VOET. ad ff. Tit. de euict. §. 23. STRYCK. V. M. L. XXL tit. II. §. 20. GAIL. L. I. obs. 70. n. 4.

c) Volumen appellans secundum prae-  
scriptionem Rec. Imperii de a. 1654.  
iuramentum de calunnia praefestate tenera-  
tur. GOMETZ Tom. II. refol. 2. n. 39.  
TETE. FRIDERVS de continentia can-

d) I. E. SAX. P. I. Conflic. 2r.

e) CARPZ. Part. I. C. 2i. def. 2. 3.

f) CARPZ. d. l. def. 5.

g) COCCETI iur. ciui. controverf. L. XXI. Tit. II. qu. 13. MEVIUS Part. VII. Dec. 400. GAIL Part. I. obs. LXX. n. 5. WERNH. Part. I. obs. 252. HELLFELD iurisper. §. 925.

h) Rec. Imperii de Anno 1654. §. 57.



amplius permitti potest. Auctori absenti autem denunciationem ad dominum esse insinuandam , et pluribus auctoribus , vel pluribus viis auctoris heredibus singulis eam esse faciendam , per se constat . i) Si is , cui lis denuncianda est , pauper est , sed huius auctor diues , consultum est , ut reus , qui litens denunciare vult , a denunciato petat cessionem iuris huic aduersus auctorem suum ad evictionis praestationem competentis , ut hac ratione denuncians possit aduersus auctoris sui auctorem agere , aduersus quem alias de stricto iure ipsi actio non competit , k) quae cessio tamen fideiussori minime fieri potest . l)

## §. V.

## Finis litis denunciationis.

Finis litis denunciationis proximus in eo consistit , ut is , cui fit , de actione mota certior reddatur , sed praecipue et ultimato ad id tendit , ut denunciandi assistat , proferendo exceptiones , intentionem actoris elidentes , (§. 2.) denunciantemque , tertio victore existente , indemnum praevest . a) Omessa igitur litis denunciatione , regressus contra auctorem regulariter , nisi pacto aliter sit conuentum , non patet . b) Leges enim illum , qui denunciationem omittit , quasi in dolo constitutum considerari volunt c) ,

et

i) Ita tamen , ut is , qui compareat b) HELLFELD in iurispr. for. §. pro parte virili solum , ad assistendum 1124. MARTINI Tit. XIII. §. 2. n. 4. vencatur . 10. FR. BALTHASAR tit. VIII. resol. III. n. 1. BRUNNEMANN STRYCK. V. M. I. c. §. 16. ad L. 7. et 8. C. de euict.

k) RIVINI Ennuc. iuris Tit. XIII. Ennuc. 2. SEYFARTHE R. Pr. L. II. c. 4. §. 2. p. 733.

l) ESTOR I. c. §. 2999.

a) BARTH. Hodeg. for. Cap. I. p. 86. B. 6.

c) L. 3. C. de euict. L. 53. §. 1. ff. eod. ubi verba existant sequentia; si , cum possit emtor auctori denunciare , non denunciasset ; idemque vietus fuisset , quoniam parum instructus esset , loco ipso videtur dolosecisse et ex stipulato agere non potest ,

et quidem optima ex ratione. Nam si non interpellatus sit auctor, quomodo seire poterit, an causam suscipere debeat? Neque enim tenetur irrequisitus, inuitio forsan suum obtrudere auxilium. Ex quo apparat, non negligendam esse denunciationem, quamvis 1) auctor non ignoret, esse, qui rem vindicare velit, d) 2) praesens adsit in iudicio, vel 3) proinserit suis sumitibus defendere alterum, aut 4) secum habeat documenta ad causam spectantia.

### §. VI.

*Quid requiratur, ut litis denunciatio  
institui possit.*

Non tantum quisque, qui rem ab altero ita acquisiuit, ut hic, a quo eam acquisiuit, euictionem plenariamque indemnitatem praestare ipsi tenetur, dum postea a tertio quodam huius rei intuitu conuenitur, siue actio sit realis, siue personalis a) et in rem scripta, huic auctori suo litem denunciare potest, verum quoque omnibus aliis in causibus, quibus iura regressum aduersus tertium concedunt, b) aequitas legesque volunt, ut huic, qui ad regressum tenetur, eiusdem heredibus, mota lis indicetur, ab eoque petatur assistentia, ne hic defensione destitutus et inauditus ad euictionis indemnitatique praestationem adstringatur. (§. I.)

### §. VII.

a) STRYCK, V. M. l. c.

b) ZANGER de except. P. II. n. 8.

c) FRANZK. ad Lib. iii. ff. Tit. II. p. 134. UELTFELD in jurispr. for. §. VOET. ibid. §. 22. ESTORL. c. §. 2097. 1125. dissentit HOMMEL in Raff. obs. CLXXXI, vbi denunciationem solum in

a) BOENIGCK pract. pract. P. I. C. rei vindicatione et nomine vendito lo-  
XVII, p. m. 62. cum inuenire affimat.

## §. VII.

*Negotia, quae litis denunciationi locum faciunt.*

Quamvis litis denunciatio quam plurimum in foro in contractu emptionis venditionis occurrat, quia hic contractus est frequentissimus, et vendor omnino efficere teneatur, ut emptori rem habere licet, caue tamen, restringas eam ad hunc solum contractum, quin potius in aliis quoque negotiis, maxime omnibus contrahibus onerosis, aliisque negotiis, in quibus quis ad evictionem indemnitate praestandam tenetur, <sup>a)</sup> quorum sum pertinent v. c. permutatio, dotis constitutio, datio in solutum, fendi concessio, cessio <sup>b)</sup>, transactio, hereditatis diuisio, emphyteufis, legatum generis, aliaque similia negotia, <sup>c)</sup> litis denunciatio locum sibi iure meritoque vindicat. Exinde argumentari licet: obligationem ad evictionem, aut in genere ad indemnitatem, ratione rei ab altero acceptae, praestandum esse basin et fundamentum litis denunciationis. Cessante igitur hac obligatione, cessat quoque litis denunciatio. Quare locum non habet, si res casu periit, <sup>d)</sup> si culpa possessoris est amissa, si possessor vi, vel facto superioris, sine causae cognitione, vel ex iniusta iudicis sententia est de-

iectus

<sup>a)</sup> CLAPROTH in *iurispr. heuremar.* L. XXL Titul. II. §. 38. LYDOV.  
Sect<sup>t</sup> spec, Cap. II. Tit. XIII. §. 283. MENCKEN differt. de evictione in cessione nominis praestanda.

<sup>b)</sup> Quod etiam in cessione nominis <sup>c)</sup> STRYCK Vr. Mod. I. c. vbi non locum inuenit. Quamvis enim in eanon nullae limitationes in medium prolatae semper praestandum sit a cedente, ut bonum inueniuntur, quas omnes hic explicare, num nomen sit, quod ceditur, tamen, ut instituti rationi repugnat, verum sit, semper praestandum est; et <sup>d)</sup> FINCKELTHAVS obf. 87. n. 28 hoc casu denum de evictionis praestatio ZIEGLER de iure maiest. L. 2. Cap. 13. ae quaeri potest. Vid. STRYCK, V. M. §. 5.

iectus, e) quia talis deiection omniō est casui adnumeranda. Huc etiam referunt, si res ex iure retractus legali est evicta, quia venditori imputari nequit, si quis ex beneficio legis iure suo potiori vtitur f). Porro cessat in possessorio summarissimo. Nam possessione momentanea in aliquem translatā, quæstio de ipso iure decisā nondum est. g) Item in mandato rei illicitæ, quia nec mandatarius, ad tale mandatum suscipiendum tenetur, nec mandans ad assistendum ei in iudicio eumque defendendum cogi potest. h) Nec in donationibus simplicibus et mere talibus locum inuenit, quia in his donator se non obligasse censetur efficere, vt donatario rem habere licet, sed tantum, vt ius suum transeat in donatarium. Secustamen est, si dolose res aliena est donata, i) aut, si donatio remuneratoria, seu necessaria, aut modalis adest. k) Pari quoque ex ratione exultat litis denunciatio in causis iniuriarum et gratiae; in eritione simplicis spei, quia nil certi est promissum, item si scienter res aliena est emta, l) si ex vniuersitate res similius sit, parcoo circulo de iure eiudicari possit.

gularis  
alio, sed religi binis. In iudicio vero, ut in iudicio eiudicari possit, nō est ali-

e) L. 51. pr. ff. de evict. l. 52. pr. ff. de edict. aedil. L. 33.

f) STRYCK, l. c. §. 39. VOET, l. de donat. l. c. KOCH differt. de evi-

c. §. 2. POEHMER introd. in ins. Di. Titius in donatione non indistincte praec-

gesitor. Tit. de evict. §. 10. lit. α. de qua standa.

tamen re altius quaeri posse puto, licet k) STRYCK. Exercitat. L X. Tb. 3. 17.

concedam, illum, quæ sciuit, rem esse. rei WERNHER Part. VIII. obs. 151. WAECH-

tractui obnoxiam, ad edictionem agere TEK de evict. p. 27. GAKPZ. P. II.

non posse. Constitut. 34. def. 24. Dissentit quidem

l) IO. BALTH. WERNHER Ennuc. IOANN. WUNDERLICH in diss. de

forsi bod. En. 254. p. 522. etiam in diss. de evictione in donatione remuneratoria

m) GEORG. IADI. STRYCK. Teutsch. non praefanda eeu. 1754. Sed cele-

Iurisprudenz 2. Buch. Tit. 15. p. 647. bertramus KOCHIUS in diss. quam lau-

SEYFARTH R. Pr. l. c. §. 3. BOEH. daui in proxime præcedente nota, ex

MERI Consil. Tom. II. P. I. Consil. 428. instituto cum refutauit:

n. 8. et Tom. III. Part. I, Consil. 52. l) HELLEFIELD in iurispr. for. l. c.

n. 12. STRYCK Vr. Mod. l. c. §. 25. et 26.

gulairis est curia; quia totum illud, seu universitas, etiam post euictionem, dicit quodammodo imminuta, manet, <sup>m)</sup> si creditor distraxit pignora, quia hoc in casu tanquam mandatarius consideratur, <sup>n)</sup> si fundo vendito, post celebratum contractum, noua onera auctoritate imperantis imponuntur; <sup>o)</sup> si manus doteni uxoris, sciente emitore vendiderit, <sup>p)</sup> fecus, si dotem ad se ipsum pertinere assenserit, aut quae propter huptias donauit, vel bona paraphernalia distraixerit, <sup>q)</sup> nam hic est in dolo, et nemo ex dolo, lucrum capere potest. Denique, ut et hoc addam, litis denunciatio cessat, si ex re, per auersionem alienata, res quaedam singularis evincitur aut, si pactio euictionis praefatio est remissa, quia pacto omnia immutari queunt.

### §. VIII.

#### *Modus procedendi in litis denunciatione.*

Modus, qui in litis denunciatione obseruatur, duplex est. Fit nempe litis denunciatio vel principaliter et disiunctim i. e. exhibito peculiari libello, *Denunciations-Klage*, vel minus principaliter, incidenter, seu coniunctim. Hoc in casu sufficit, si citatio et sufficiens instructio de lite instituta denunciatio transmititur. (§. 3.) Litis denunciationem autem, quam principalem et separatam dicunt, ius civile ignorat, <sup>a)</sup> quamvis eam in foris Saxoniae electoralis admittant, <sup>b)</sup> Litis denunciatus autem cum com-

<sup>m)</sup> L. 27. C. de euict. CAP. 2. P. II. q) Nov. 51. cap. I. RITTERSHYSIVE  
Constitut. 34. def. 25.

<sup>n)</sup> HELLEFELD l. c.  
<sup>o)</sup> MATTH. WESENBECIVS in partit. D. tit. de euictione.

ad Novell. P. V. C. VIII, n. I. 9. BA-  
CHOV in not. ad WESENB. Titul. de  
fundo dotal. n. 5. BVRGYND de euict.  
Cap. VIII, in fine.

<sup>a)</sup> L. 3. C. de euict.

<sup>b)</sup> FRANZK in comment. ad ff. l. c. XIII, obf. I. not. 6. p. 425.  
n. 236.



paret in iudicio, aut emanet. Posteriori casu denuncians eius contumaciam accusat, lis vero principalis nihilominus cocontinatur, eaque a denunciante perdita, integrum huic est, indemnitatis praeflationem a denunciato exigere, modo omnia rite secundum iura et regulas praescriptas processerint. Priori vero casu denunciatus vel obligationem ad evictionem praestandam, et alteri assistendum, in totum negat, vel solum quasdam exceptiones profert. Si illud euenit, super hac quaestione specialis lis oritur inter denunciantem et denunciatum, c) eaque coram huius iudice competente ventilatur. d) Exceptiones vero a denunciato prolatae, vel sunt in continenti liquidae, vel res est altioris indaginis; si liquidae sunt, denunciatus absoluitur, dubio autem casu existente, ad respondendum assistendumque adigitur.

### §. VIII.

#### Continuatio.

Rationes, ob quas litis denunciatio instituitur, sunt 1) ut denunciatus denuncianti assistat, 2) ut lite perdita illum praestet indemnem. (§. 5.) Assistere autem denunciatus denuncianti dicitur, dum huic in re ambigua et periculosa versanti remedia subministrat, quibus res ad optatum finem deduci potest. Ex quibus confeatur, litis denunciatione facta suscepitque, neque illum, qui assistit, neque alterum, cui assistentia praebetur, solum agere, sed vtrumque coniunctim viribusque communibus. Denunciatus igitur semper cum denunciato in lite permanere, item contestari et ea omnia peragere debet, quae ipsi incumbunt. a) Sententia quoque contra denunci-

<sup>a)</sup> HELLFELD in *iurispr. for.* §. 1126, p. 281, O. Proc. Altenburg. P. I. Cap. 10.

<sup>b)</sup> LEYSER M. ad ff. spec. 238. m. 6. § 2. Dissentire videtur ZANGER in Ex-

<sup>c)</sup> MEVIVS P. 9. Dec. 156. n. 9. cap. P. II, Cap. II, n. 34.

<sup>d)</sup> ENGAV Dec. Part. I, Dec. 276.

denunciantem concipitur, et in eius bona sit executio, b) quod fieri non posset, si per nouationem totum iudicium esset transfusum in denunciatum. Consentiente vero actore denuncians e lite quidem dimitti potest, c) ast causa manet coram iudice denunciantis, et denunciatus tantum subit vicem procuratoris denunciantis. d) Forum igitur priuilegiatum denunciato non prodest, e) nec inde opponere potest exceptionem fori declinatoriam, et iam si clericus. f) Nam ratio, cur hic denunciatus ad assistendum defendantemque venit, non ex sua, sed ex persona rei, cuius vices sustinet, est sumenda. Ideoque ubi lis semel copta est, ibi quoque finiri debet, nisi forsitan inter denunciantem et denunciatum conuentum sit, ut lis super euictione, non nisi coram huius iudice ordinario, ventilari debeat.

## §. X.

*Vbinam agat denuncians aduersus denunciatum  
de indemnitate praestanda.*

Effectus litis denunciationis minime in eo consistit, vt denuncians a lite liberetur (§. 9.) sed in eo tantum, vt succubens regressum habeat aduersus denunciatum, isque illum indemniam praestet, ideoque si res eiuita

b) LÄVTERBACH Col. rh. pr. L. c. §. 2103. L. io. 49. pr. ff. de iudiciis L. XXI. Tit. II. §. 34. KIVINI En. I. C. ubi in rem actio.

iuris Tit. XIII. En. 20. ESTOR I. c. §. 2109. L. I. C. ubi in rem actio.

c) Inuito actore id fieri nequit, cum interesse illius quandoque possit denunciantem potius, quam denunciatum habere aduersarium. CARPL. Respons. L. III. Respons. 20. n. 10. ENGAV Dec. P. I. Dec. 276.

d) L. 66. §. 2. ff. de euict. ESTOR I. C. III. def. 28. n. 6. f) GAIL. L. I. obf. 37. n. 7. MYN- SING. C. I. obf. 27. n. 7. CARPL. P. I.

ta est, teneatur de eundatione, <sup>a)</sup> id est, pretium restituat, <sup>b)</sup> et omne id, quod interest, praestet, quorsum spectant etiam impensae in rem factae, ex quibus melior illa exsilit, <sup>c)</sup> praesertim si denuncians illas ab evincente, alia ratione, veluti retentione, seruare nequeat, <sup>d)</sup> immo etiam expensae litis. Sed si ad consequenda haec omnia denuncians aduersus denunciatur experiri vult, queritur, quonam in foro actio sit instituenda? In qua quidem quaestione maxime inter se dissentient Iureconsulti, et in plane diversas partes abeunt. Alii enim, et inter illos praesertim <sup>ME VIVS f)</sup>, putant, denunciatum esse conueniendum coram suo iudice competente, qui plane alia et noua adsit caussa, ex qua denuncians agat. Contra alii et praecepit <sup>CARPZO VIVS f)</sup>, afferunt, debere denunciatum in foro actionis principalis respondere, quia hic non denunciatus, sed denuncians reus sit principalis. In quo quidem Doctorum dissensu, si et mihi dicendum est, quid sentiam, verior mihi et iustior videtur <sup>CARPZO VIVS f)</sup> sententia. Nam iudex, coram quo caussa principalis est ventilata, melius omnino altero scire atque statuere potest, quid et quantum a denunciato sit praesllandum. Sed et accessorium sequi suum principale, notissimum est iuris axioma. Lite igitur principali coram iudice denunciantis ventilata, pretium quoque, et id, quod interest, atque expensae, tanquam accessorium, in eodem iudicio peti debent, ut ideo vera adsit connexitas causarum, quae efficit, ut idem index audeatur. Quare etiam Ordinationes processus Saxonica Gothana et Saxonica Electoralis iustissima optimaque ex ratione hancce sententiam approbarunt, sicuti quoque Dicasteria Mecklenburgica, quamvis in legibus nostris prouincialibus de hac quaestione nihil expresse cau-

<sup>a)</sup> L. 54. §. 1. ff. et L. 8. C. de cuius, CARPL. Respons. L. III. Resp. 17. n. 2. et Resp. 20. n. 3.

<sup>b)</sup> CARPL. P. II. C. 34. def. 22.

<sup>c)</sup> L. 70. ff. de cuius, L. 102. ff. de V. O.

<sup>d)</sup> L. 45. §. 1. ff. de a. emt. et vend. Part. VII. Dec. 167.

<sup>e)</sup> Part. VII. Dec. 167.

<sup>f)</sup> Part. I. Constitut. III. Dec. 27.

n. 5. b.



tum sit; prout ex praxi mihi innotescit, haec principia in indicando sequi  
folent.

### §. XI.

#### *Quandonam contra denunciatum de praestanda euictione agi possit.*

Obligatio ad euictionem indemnitatemque praestandam, est funda-  
mentum litis denunciationis. (§. 7.) Haec obligatio vero oritur, vel ex  
ipsius negotii natura, vel ex conuentione quadam expressa. a) Vtique in  
casu euictionis praestatio prius exigi nequit, quam si res actu euicta et iusta  
iudicis sententia ablata est. b) Re igitur nondum euicta, sed euictione so-  
lum imminentे, cessat obligatio ad euictionem praestandam. c) Quare vin-  
cens denuncians restitutionē expensarum litis a denunciato petere nequit,  
quia frustraneae litis intentatio pertinet ad casum fortuitum, ob quem  
non praestatur euictio. d) Quod si vero pretium rei ab emtore nondum est  
solutum, tunc omnino, si euictionis periculum initio contractus immineat,  
aut lis realiter sit mota, nec vendor de euictione praestanda satisdare  
queat, emtor pretium retinere potest. e) Sed quaestio hic oritur, si de-

a) De iure Romano ingens erat et eius reddat.

multiplex differentia, vtrum ad euictio. a) I. 18. in fine C. de euict. ZOES.  
nem praestandam ex ipso contractu bo- ad ff. Tit. de euict. n. 27. STRYK Exer-  
nac fidei, an actione ex stipulatu ageba- cit. 27. Thef. 18. HELLFELD in iurisp.  
tur. Cui tamen rei, a praxi nostri fori for. §. 1123.

alienae, hic non immoror.

b) FRANZK. ad Tit. D. de euict. n. 36. a SANDE Dec. LIII, Tit. III, def.  
602. STRYK Vs. M. eod. Tit. §. 58. g. L. 24. C. de euict. L. 18. §. 1. ff. de

c) Hoc obtinet quoque, si re quidem pericul. et commod. rei vend. BRUNNE-  
per sententiam euicta, nulla eius vera MANN Consil. 50. n. 8 et ad L. 14. G.  
redditione subsequatur, v. c. si victor victo de euict. n. 3. MEYERS Part. VI, Dec.  
rem euictam donet leget, vel pretium 35. n. 1.

nuncians pretium retinet, num cessante euictionis periculo, denunciato  
vsuras quoque cum forte soluere debeat? et omnino videtur soluere vsu-  
ras debere, quatenus emtor in genere ad vsuras pretii nondum soluti tenetur.  
Quare si soluere pretium paratus erat, idque, quia tuto venditori solui non  
poterat, depositus in iudicio, quum eiusmodi judicialis depositio sit instar  
solutionis, appetat, cum ab obligatione vsuras soluendi liberari.

### §. XII.

#### *Quid denunciandi incumbat in lite denunciata.*

Quicunque vult finem, adhibere debet quoque media, quae ad illum  
tendunt, sufficientia. Iam vero denuncians, si capit, ut denunciatus illi  
affusat, caussam sua culpa deteriorem reddere non debet. Frospicat ergo,  
ne sit contumax, item simpliciter deserat, negligenter tractet, aut alio  
modo hoc beneficio se indignum reddat. Quare nec imperito et negligent  
causarum patrono partes suas committat, a) nec inscio et ignorantie  
denunciatio cum parte aduersa transfigat, aut liti renunciet, b) sed per legitimi-  
mam sententiam se condemnari patiatur, c) aduersus sententiam autem,  
quae iniusta ipsi videtur, legitima interponat remedia, interpositaque rite  
prosequeatur d), et omnia ea curet, quae curaturus fuisse, si damnum ex lite  
perdita in ipsum redundaturum fuisse. e) Hisce omnibus legitime peractis,  
denunciatio pariter, ac denunciandi, victoria litis prodest, ita ut altero

a) STRYCK V. M. L. XXI. Titul, imprudentiam iudicis, inquit, aut erro-  
rem rei emtor victus est, negamus auto-

b) SCHNEIDEWIN ad §. act. I. de  
act. n. 56. BYRGYND de euict. c. 78.

c) Nam si res per iniustam iudicis sententiam est ablata, secundum effatum euict. L. 63. ff. 2. de euict.

VLPIANI in L. 51. pr. ff. de euict. e) CARPOZOR Resp. L. III. Repons.  
locum non inuenit euictio. Nam si per 20. n. 6.

d) GABALINVS de euict. §. 5. n. 41.

BRYNNEMANN ad L. 7. et 8. C. de

euict.

DFG

absoluto , alter quoque per consequentiam liberetur , ideoque vterque se exceptione rei iudicatae tueri queat ; et quamvis alias sententia solum inter partes litigantes ius faciat , nec tertio aut noceat aut profit , hic tamen alia est ratio , quia denuncians et denunciatus pro vna persona haberi possunt . Euicta autem re , denunciatus omnes litis expensas necessarias denuncianti refundere , illumque plane indemnem praestare debet . f) Si autem notorie atque manifeste constat , auctorem nullo modo defendere potuisse causam , et reus tunc litis denunciationem intermisit , nihilominus tamen ipsi patet contra auctorem suum regressus , g) et si auctor denuncianti euictiōnem promisit , tunc non defendens illum , tametsi obtinuerit denuncians , ipsi ad restitutionem expensarum obligatur . b)

## §. XIII.

*Differentia inter litis denunciationem et auctoris nominationem.*

Quamvis non infrequens in foro sit litis denunciationis cum auctoris nominatione confusio , vt alteram pro altera interdum arripient , magna tamen inter vtramque est differentia , a) tam ratione ipsius naturae et essentiae , quae in vtraque plane diuersa est , quam ratione temporis , et effectus et obiecti . Nam quod 1) ipsam naturam et essentiam attinet , exceptione nominationis seu laudationis qui vtitur , id agit , vt actorem , qui actione reali illum conuenire vult , ideo repellat , quod neget se dominum verumque ciuilem possessorem eius rei esse , de qua agitur , ideoque nominat seu laudat

f) L. 17. C. de euict.

b) BARTH Hodeg. for. p. 89.

g) CARPOVII Proc. Tit. III. art. 34.

a) Confer. O. Pr. Sax. El. Rec. Tit.

XIII. §. 3.

Iaudat eum, qui dominus est, vt aduersus hunc potius actor experiatur. Quam descriptionem exceptionis nominationis si comparas cum finitione litis denunciationis, (§. 2.) apparebit, quam ingens inter vtranque differentia intercedat. Sed ex his reliqua quoque momenta, quae diximus, quibus altera ab altera discrepat, facile intelliguntur. Ita enim 2) ratione temporis, denunciatio potest in quacunque iudicij parte, (§. 4.) nominatio autem debet in primo statim termino fieri. 3) Ratione effectus autem, denuncians manet in lite, (§. 9.) nominans vero item plane a se declinare, eique se subtrahere studet. 4) Ratione obiecti differentia in eo est conspicue, quod nominatio tantum locum habeat in actionibus realibus, litis denunciatione vero in personalibus quoque et in rem scriptis. (§. 6.) 5) Sed et nominans immunis est a sumtibus, denuncians vero suis sumtibus denunciatio acta mittere debet. Caeterum in multis a nominatione ad denunciationem valet consequentia, et saepissime nominatio, si non vt talis valet, tamen vt litis denunciatio effectum producere potest. Sed nec litis denunciatio cum ipsa actione ad evictionem praeflandam, cui viam tantum pandit, est confundenda. b)

b) ROMMELII Rapf. obf. CL XXXI.

## SECTIO

## SECTIO II.

DE

LITIS DENUNCIATIONE ACTORIS IN SPECIE.

## §. XIII.

*Actorem quoque item denunciare posse.*

**L**eges quamvis summa cum attentione diligentiaque perscrutauerim, tam  
men, quod ingenue fateor, nulla in iisdem de litis denunciatione actoris  
inueni vestigia. Quare videri possent leges de ea in totum silentes  
illam quoque plane et in totum reprobare et reicere. Sed salua res est.  
Adsum enim, quae contrarium docent, argumenta non fculnea, sed gra-  
uissima. Primum enim tritum illud: *vbi est legis ratio, ibi quoque locum*  
*habet eius dispositio*, cum ex interpretatione doctrinali originem trahit,  
summo iure huc referri posse mihi videtur. Nam ratio omnium legum  
de litis denunciatione disponentium omnino in eo consilis, ut quilibet,  
cui regressus contra tertium patet, aut qui euictionem rei, ab altero ita  
adquisitae, ut is praestare teneatur, ut rem habere liceat, metuit, huic item  
ideo denunciare queat, ut hac ratione animum indemnitatis praestationem  
ab eo exigendi declaret, huicque occasionem praebeat, proferendi ea tem-  
pestive, quibus se ab hoc onere et incommodo liberare posse existimat. a)  
Actor igitur, si in pari causa versatur, euictionem nempe si timet, nullo  
modo video, quare ratio legis iamiam adductae huic succurrere non de-  
beat. Tantum ergo absit, ut silentium legum me moueat ad denegan-

dura

a) L. 10, §. 12. ff. mandati. ZANGER FELD in iurispr. for. §. 1125.  
de except. P. II. Cap. II. §. 9. HELL.

dum auctori litis denunciationis auxilium, vt potius ex eodem hoc ei adserendum esse statuam.

### §. XV.

#### *Argumentum II.*

Sed et vetus illud philosophorum enunciatum: *vnius positio non est alterius exclusio*, in rem meam militat, et alterum mihi praebet argumentum, quo litis denunciationem, tacentibus licet legibus, auctori quoque vindicari possim. Verum quidem est, leges vnicce de reo item denunciante loqui, sed neminem latet, quod etiam in legibus a potiori denominatio fieri soleat. Quare quum supra docuerim, rationem litis denunciationis in auctorem perinde, ac in reum quadrare, silentium legum minime eo est trahiendum, quasi auctori facultas item denunciandi denegari debeat, quin potius, quod frequentius fit, leges proponunt. Multo saepius autem contingere, vt reus, quam auctor, litis denunciatione vtatur, lubentissime concedo, et docet quotidianus usus forensis.

### § XVI.

#### *Argumenti praecedentis continuatio.*

Et quare, quaeso, quod praxis in una re sequitur, in altera reificat, quae illi plane similis est? Si quaeris, quaenam illa resit, ex multis vnam tantum exempli loco proferam. Dederunt enim **DIOCLETIANVS** et **MAXIMIANVS** Imp. a) venditori, qui rem minoris, quam pro dimidia iusti pretii distraxit, vt vel pretium emtori restituens, rem venundat recipiat, auctoritate indicis intercedente, vel, si emtor elegerit, quod deest iusto pretio recipiat. Et quamuis sciām, non deesse, qui cum **CVIACIO** b)

hoc

a) in L. 2. et 8. C. de rescind. vend.

b) Lib. XVI. obs. 18.



hoc beneficium ad venditorem tantum restringere velint, omnes tamen  
practici ICti, et qui in foro versantur, uno ore fatentur, emtorem ab huius  
remedii vsu arcendum haud esse. Recte enim **C V I A C I O** respondent,  
eandem esse, quin saepe maiorem, in emtore rationem, hoc remedium ad-  
mittendi. c) Nam quod in venditore vix aliter accidere solet, vt scilicet  
in venditione laedatur minus pretium accipiendo, quam si necessitate coactus  
quid vendit, id frequentissime in quotidiana emtione venditione; dum a  
mercatoribus quid emimus, accidere emtoribus solet, vt scilicet laedantur  
plus iusto soluendo. Et in genere facilius sit, vt emtor, quam vt venditor sit  
iusti pretii ignarus, facilius ergo quoque emtor, quam venditor, laedi potest.  
Quare si eadem est ratio, id est, si perinde et aequa grauiter laesum est emtor,  
ac venditorem laesum esse volunt Imperatores hoc auxilium ipsi conceden-  
tes, d) dubitandum non est, quin ex naturali aequitate iurisque ratione eo-  
dem quoque vti possit remedio. Quare ergo quod reo concessum est, in  
pari causa actori non prodesse debet?

### §. XVII.

#### *Vlterior continuatio eiusdem argumenti.*

Leges quidem prouinciales in Germania, modum procedendi in ju-  
dicio desinientes, quas vidi, omnes in capite de litis denunciatione, usum  
loquendi romanum sequentes, de solo reo eadem vtente loquuntur. Ex  
multis

c) Pro more suo, hoc est, eleganter, pretium plus duplo excedat, eleganter  
hoc argumentum pertractauit **CRELLIVS** docet **AVERANIVS** in *interpret, iur.*  
in diss. de *prelio legali*, ad L. 63 ff. de L. 3. c. 7. et **PRAESES** in den gelehrten  
*lege Falcidia.* Vitemb. 1756. p. 5. *Beytraegen zu den mecklenburg-schwe-*

d) Hanc paritatem rationis vero non *rienschen Intelligenzblättern* de av. 1755  
adesse, nisi quod emtor soluit, iustum 49. und 50. Stück.

multis nomine tantum Ord. process. fax. elect. <sup>a)</sup> et altenburg. <sup>b)</sup> Sed  
 ex ratione §pho 15. adducta has leges, vt omnes similes, etiam de actore  
 interpretari nullus dubito. Qua quidem in re auctoritate illustris ordinis  
 ICTORUM Vitebergenium nitor, qui, teste BROCKESIO, <sup>c)</sup> hanc inter-  
 pretandi rationem sectas est. Neque ingratum forte Lecturis fecero, si  
 ipsa verba viri doctissimi, qui nuper rebus humanis excessit, hic adponam.  
 „Actor quidam, inquit, actionem negatoriam instituens, libello inseratum,  
 „vti vocant, adiiciebat, in quo auctori suo litem denunciauit. Senatus istius  
 „loci hanc litis denunciationem his reiiciebat verbis: *Weiln ordentlicher*  
 „*Weife nur dem Beklagten, nicht aber dem Kläger, litem zu denunciiren*  
 „*sfrey steht.* O. Proc. Sax. recogn. ad Tit. XIII. §. I. so mag auf das  
 „der Kirchnerischen, wider Herrn Stadt-Richter Schelchern angestellten  
 „petitorien Klage beygefügte inserat, als eine litis-denunciatio an Paul  
 „Hacheln, nicht ausfertiget werden. Actor suo insistebat petito, ratus,  
 „litis denunc. ipsi perinde, ac reo competere. Senatus vero iterum abne-  
 „bat, hanc concedens resolutionem: *Es bewendet bey voriger Weisung,*  
 „*immassen bey der, wider Beklagten angestellten negatorien Klage, die spe-*  
 „*ciatim auf euictionem rei, wieder Haechnel gerichtete litis denunc. per mo-*  
 „*dum inserati, nicht statt hat.* Denn litis denunciata muss entweder affir-  
 „mative oder negative antworten, und sich einlassen. Geschiehet es affir-  
 „mative, so kan solches wieder Beklagten nichts operiren, weiln die im in-  
 „serat recensirten Umstände in der negatorien Klage nicht enthalten, folg-  
 „lich Beklagter nicht dabey gehöret würde: geschiehet es aber negative,  
 „so schwört er Klägers Fundamentum agendi ab, within ist das angezo-  
 „gene inserat, bey gegenwärtiger negatorien Klage, incongrue angeführt,  
 „und als ein unstatthaftes Suchen, von dem Iudice ex officio abzuweisen.

„Actis

a) Tit. XIII. §. n.

b) Part. I. Cap. X. §. 1.

c) Sel. obs. for. obs. LV. p. 119.



„Actis vero ad illustrem ICtorum Vitembergensium ordinem transmissis,  
hic mense Octobr. 1742. pronunciauit: *Daß die geschene litis denuncia-  
tion allerdingz statt habe.* Et recte quidem. Finis enim litis denuncia-  
tio consitit, vt auctor litiganti assistat, eidemque media, quibus aduersari  
intentio destruatur, suppeditet. *L. 1. C. de pericul. et comm. rei vend.*  
Id quoque non reus solum, verum auctor quoque, iure meritoque postulare  
potest. Quare non video, cur actori hoc iuris beneficium, quod reus ha-  
bet, sit denegandum. Actor perinde ac reus evictionis praestationem; si suc-  
cumbat, a suo petere potest auctore, et sic ille perinde, ac hic, ei, a quo  
caussam habet, litem denunciat, “ rel.

### §. XVIII.

#### Argumentum III.

Iungam his denique ultimum argumentum a natura interpretationis  
extensiuae desumptum et multas celeberrimorum Iureconsultorum auctori-  
tates, qui itidem actori tribuant litis denunciationem. Ad prius quod atti-  
net, non vereor, quin erem, dum hanc pono regulam interpretationis exten-  
ssiuae: *Verba legum, si pauciores complectuntur casus, quam quos legislatoris  
voluntas intendit, semper extensiue interpretari debemus.*  
In condendis legibus, de litis denunciatione disponentibus, legislatoris  
intentionem nullo modo esse potuerisse, soli reo litem denunciandi fa-  
cultatem concedendi, ex ipsa rei natura facile intelligitur. Quid, vt  
puto, optime apparebit, si rem e contrario consideramus. Ponamus igit-  
ter, noluisse leges actori litis denunciationem concedere. Quid igitur?  
nonne ideo regressus contra auctorem suum illi denegaretur? nonne au-  
ctor cum huic damno fieret locupletior? nonne aequitas naturalis viola-  
retur? quid-quod! nonne sibi ipsis contradicerent leges, cum metum eui-  
ctionis rei, titulo oneroso adquisitae, pro fundamento litis denunciationis  
declarant,

declarant, (§. 7. 14.) et tamen actori, euictionem timenti, hocce beneficium denegare vellet? En rationes grauissimas, quibus adducti clarissimi Icti tam praeteriti, quam huius saeculi, quorum nomina sunt in foro celebratissima, interpretationem legum extensiuam hoc in casu adhibuerunt, et litis denunciationem actori quoque competere, diserte adseruerunt. a)

## §. XVIII.

*Remouetur obiectio.*

Sed facile praeuideo, fore, qui his ita a me disputatis obiiciant, esse partes reorum longe fauorabiliores in iudicio, quam actorum, ideoque ex insigni hoc fauore, quo leges reos dignos iudicant, facili negotio intelligi posse, quare legibus cautum sit, quod reo tantum litis denunciatione utileat, ideoque, qui idem ius actori tribuere vellet, exaequando actorem reo, omnem hanc rationem euersurum esse. Sed salua res est. Primum enim nego, ex hoc singulari fauore iuris reis indulto, facultatem item denunciandi deriuandam esse. Alia omnia nos, ni fallor, edocuerunt ea,

a) Nomino hic, praeter Vitebergenses ICtos, quorum testimonium, BROCKESIO interprete et auctore, in §. proxime praecedente exhibui, qui mihi ad manus sunt: BOEHMERVM de act. Sect. II. Cap. VIII, §. 5. KRAVSS in Proc. L. I. C. VII. Sect. III. §. 4. SCHAVMBSRG Eint. zum saechs. Recht. Exercit. III. Cap. II. §. 10. Item in princ. prax. iurid. iudic. L. I. Sect. 2. c. 4. §. 4. n. \*\*\* p. m. 339. HAYM de styllo curiae L. X. Tit. III. §. 4. BERGER El. Discept. for. Tit. XIII. obs. I. n. 4. p. 435, et in succumbat, regressum habet.

Oecon. iur. L. 3. Tit. 8. §. 5. not. 8. vbi prouocat ad praeiudicium. HELLFELD iurispr. for. L. XI. Tit. II. §. 1125. SEYFARTH R. Pr. Cap. III. L. II. §. 1. HOFFMANN reutzsche R. Pr. 1 Tb. 51 Haupt-St. §. 1075. GRIEDNER Princ. proc. Lib. I. c. 7. S. 2. §. 1. lit. a. KNORRE Anleitung zum gerichtlichen Proces II. Buch 2 Hauptst. §. 6. LEYSER Spec. 241. med. 1. vbi adserit: item in omni iudicio denunciari posse ei, contra quem alterveer litigantium, 6

ea, quae supra §§. 7. 14. et 18. hanc in rem disputauī, vbi euicisse  
mihi videor, litis denunciationis verum fundamentum esse in obligatione  
ad euictionem praestandam, in regressu contra auctorem et alium quem-  
cunque, qui indemnes nos praestare tenetur, ideoque illud latere in ipsa  
aequitate naturali, quae multo latius patet, quam hic reorum fauor. Hoc  
enim fundamentum tam in auctorem, quam in reum cadit. Deinde vero  
iste reorum fauor, quis aliis est, quam fauor defensionis. Sed iam edo-  
ceam, auctorem litis denunciationis auxilio vtentem in eodem defensionis  
fauore constitutum esse. Certum enim est, quod auctor in replica sua, con-  
tra exceptiones a reo prolatas sese defendens, intuitu huius replicae iure  
rei vtatur h. e. eodem fruatur fauore, quem leges reo quoad exceptio-  
nes tribuant. Notissima enim vulgata sunt illa brocardica practicorum:  
*Excipiendo reus fit auctor, et Replicando auctor fit reus.* Hoc ipsum satis  
curate iam obseruauit F. A. HOFFMANNVS. <sup>a)</sup> Iam autem auctor vt-  
tur litis denunciatione eum in finem, ut subsidiis a litis denunciato acceptis  
suam firmet replicam et per hanc fundamentum exceptionum elidat. Quare,  
etiam si velles fundamentum litis denunciationis quaerere in fauore reorum  
singulari, tamen ne is quidem auctorem a litis denunciatione arceret, quia  
auctor intuitu replicae, ad quam fundandam tantum litis denunciatione opus  
habet, a reorum fauore excludendus non est. <sup>b)</sup>

## §. XX.

### *Litis denunciatio actoris quid differat a litis denunciatione rei.*

Satis luculenter praecedentibus in §§. demonstratum arbitror,  
quod auctori aequo ac reo, litis denunciatio a legibus sit permissa, tacite-

que

<sup>a)</sup> Teut. R. Pr. i. Tl. 13. Hauptfl. in Proc. L. I. Cap. VII. Sect. III. §. 4.  
§. 368. p. 231.

<sup>b)</sup> Vedit haec omnia iam KRAVSS gumentum leuiter tantum tangere potuit.

que concessa. Quare iam id potissimum mearum puto partium esse, vt  
1) eius a litis denunciatione rei differentiam, et 2) speciales singulares-  
que, vbi locum habet, casus, curatus vberiusque exponam. Ad differen-  
tiam eius a litis denunciatione ordinaria cruentam, sola eiusdem notio,  
secundum regulas artis determinandi composita, sufficienes praebet cha-  
racteres. Litis enim denunciatio in genere est actus, quo is, qui iudicia-  
liter sese contra alterum defendit, tertium, contra quem regressum habet,  
euocat, vt sibi iudicialiter adfistat. (§. 2.) Euocans ille vero aut est actor,  
aut reus, ideoque litis denunciatio quoque fieri potest, tam ex parte acto-  
ris, quam rei. De hac iam Sect. I. plura protulimus; illa autem est actus,  
quo is, qui alterum iudicialiter conuenit, tertium, contra quem ipsi regres-  
sus patet, euocat, vt replicanti sibi auxilium praefert, contra ex-  
ceptiones ius suum agendi elisuras, a reo conuento sibi oppositas. Unus-  
quisque facile videbit, totum discrimen in eo esse querendum, quod 1)  
in denunciatione actoris, actor, in denunciatione ordinaria vero, reus, item  
tertio denunciet. 2) In illa denunciatus actorem replicanteum contra ex-  
ceptiones a reo conuento ipsi oppositas defensurus prouocatur, in hac au-  
tem reus excipiens denunciati auxilium implorat, perique, vt ipsi exce-  
ptiones contra actionem aduersus se inslitutam subministret. Porro ex de-  
finitione constabit, quod fundamentum omnis litis denunciationis, obligatio  
nempe ad praestandam indemnitatem, et inde fluens regressus (§§. 7. 14.  
et 18.) utriusque litis denunciationi sit commune, a) et hoc ex capite nulla  
sit quaerenda differentia.

## §. XXI.

a) Quod quoque ENGAVIVS in Dec. propterea, quod in casum victorias,  
et Resp. iuris s. l. P. I. Dec. CLXXXI. eiusdem commoditatis utilitatisque par-  
tigite annotavit, dicens: „Ils ab actore  
malii, qui ad evictionem non tenetur, nōiceps fieret, denunciari nequit.“

## §. XXI.

*Casus, in quibus actor litem denunciare potest.*

Quo frequentiora de litis denunciatione rei, in iudicio obuenire queunt exempla, eo rariora sane sunt illa, quibus actor hocce beneficio indiget. Liceat igitur mihi, varios illos, quales nempe ex natura negotii erui possunt casus, latius sequentibus in §§. explicare.

## §. XXII.

*Actor ex iure cesso agens, litem denunciare potest.*

Quae inter cedentem et cessionarium obtinent iura, docti viri iam dudum satis bene edocuerunt. a) Hoc loco sufficit, haec duo tantum commorari: 1) cessionario omnes exceptions obici queunt, quae cedenti obstant. b) 2) Quod hic notandum puto eniictionem concernit, c) de qua ita sentio: videndum ante omnia est, utrum cessionarius per pactum cedenti eniictionem remiserit, an non. Illo casu cedentem cessionario haud teneri, in aprico est. Hoc autem, cessionarii ius, a cedente eniictionem exigendi, saluum atque illibatum est. Sed noua his intuitu cessionis nomi-

a) In primis hic nomine IO. BRVN-NEMANNI diff. de definit. et materia cessionis iurium. Franc. ad Viadr. 1637, not. 92. n. 2.

b) MOLLENB. thesaur. iur. civ. L. 18. Sect. 4. p. 741. 755. not. 78. p. 757. not. 92. n. 2.

c) ERN. RVD. BRENNNEISEN diff. de praeſt. evict. in cessione nominis. Halae 1696. LEONH. LYDOY. MENCKEN diff. de evictione in cessione nominis praefanda. Vit. 1738.

num emergit quaestio. Quatenus nimirum cedens cessionario obligatus sit; utrum teneatur modo veritatem nominis praestare, an quoque bonitatem? Hodie in eo omnes omnino ICti amice conspirant, quod ad prius tantum e regula cedens teneatur, d) minime autem ad posterius. e) Et prius quidem illud est, ad quod proprie tantum euictionis praestatio pertinet. Nam si nomen, quod cessum mihi est, verum non est, tum demum euictum id esse dici potest. Quodsi vero debitor cessus fatetur, se debere cedenti, quod hic mihi cessit, sed soluendo non est, euictum esse nomen proprie dici non potest. Ideoque sic teneo, de veritate nominis quaestio vnicce spectat ad euictionis praestationem. Altera autem de bonitate nominis ad indemnitas quidem praestationem, quae latius patet, est referenda. Iam itaque ponamus, illo casu, quo per pactum euictionem praestandi necessitas a cessionario haud remissa est, illum aduerfus debitorem cessum actione experiri, ipsique exceptiones opponi, quae actionis euentum dubium reddere videntur, et de quibus cessionarius nullam, aut saltim non sufficientem notitiam habet. Iure meritoque celeberrimi nostri ICti eiusmodi actori concedunt, ut cedenti suo litem denunciet, quo hic replicanti sibi adfistat. Adestit enim fundamentum, quo omnis litis denun-

ciatio

d) L. 4. ff. de her. et act. vend. HELLER FABER in Cod. L. 4. Tit. 29. def. 15. n. 8. FELD in iurispr. for. §. 1023. STRYCK Sed omnium quod scio curatissime et ele-  
V. M. L. XXI. Tit. II. §. 38. IO. gantissime de hac quaestione exposuit I.  
CASP. SCHMIDII diff. de obl. cedentis T. WORDENHOFF in disp. inaug. iur.  
ad verum, non bonum nomen praestandum, qua doctrina de cedente ad cessum nominis  
Gieff. 1699.

bonitatem praestandam non obligato sub  
examen reuocatur, quae Traj. ad Rhen.

e) L. 74. f. ff. de euict. BYRGUND. de a. 1751. prodiit, quamne Cl. OELRICHS  
euict. C. II. n. 1. LENTZ de nomine in Thes. nov. diff. iurid. selestissimar.  
cesso C. XXXII. n. 3. et C. XXVII. in Acad. Belgicis habitarum Volum. I.  
n. 7. et 16. seq. LAVTERBACH Comp. Tom. I. n. V. pag. 309—380. recudi cu-  
iuris Tit. de bered. et act. vend. ANT. rauit.

XXVIII

ciatio nititur (§. 7. 14. 18.) nec vlla idonea ratio obuersti potest, quae  
hoc prohibeat.

§. XXIII.

*Alt er casus.*

Si quis alieno nomine mutuum contrahit, is, cuius nomine mutuum  
est acceptum, aliter non obligatur, quam vel ex consensu suo, siue ante-  
cedente, seu mandato, siue subsequente, seu *ratihabitione*, vel ex re, i. e.  
*ex versione in rem suam*, a) Pone itaque, creditorem agere, et reum ne-  
gare illud horum fundamentorum, in quo actor praecise fundat intentio-  
nem suam. Tunc sane creditor agens item denunciare potest illi, qui  
alieno nomine mutuum contraxit, ut sibi praebeat ea, quibus eliduntur ex-  
ceptiones propositae. Hae regulae generales commode I) ad ciuitatem  
seu vniuersitatem pecuniam mutuam sumentem, possunt applicari. Mu-  
tuum enim contrahitur vel a tota ciuitate in complexu, seu qui illam re-  
praesentant, b) tribunis plebis, *Viertelsmeistern*, *Ausschüssen*, *Gewerken*,  
vel ab eius ad expedienda negotia constitutis administratoribus. Priori  
casu ob consensum, nullum est dubium, quin ciuitas obligetur. Posteriori  
vero, nisi versio probetur, ciuitas siue vniuersitas ad soluendum non pot-  
est compelli, c) Si igitur creditor contra ciuitatem ad solutionem mutuae

acceptae

a) L. 1. §. 9. ff. de exercitor. act. L. de fideiustoribus. STRYCK caurel. con-  
fin. cod.

b) STRYCK ad Lauterb. Comp. L. quoque IOH. GOTTH. BOECKELEN  
XII. Tit. I. CARPOV. Part. II. dissert. de obl. vniuers. secul. civilis ex  
Conf. 10. Def. 18. MEVIVS Part. VIII. contractu. Helmst. 1686. CHRIST. PHIL.  
Dec. 162. L. 1. §. 1. ff. quod cuiusque uni- RICHTERI diff. de vniuers. eiusque  
uers. nomine variis speciebus et iuribus. Jenae 1665.

c) L. 27. ff. de reb. cred. c. penalt. X. Part. II. p. 241—352. 10. CHRIST.

acceptae pecuniae agit, ea vero versionem negat, tunc omnino creditor administratoribus item denunciare potest, ut ex rationibus versionem probent, et alia sibi proscua defendendi remedia suppeditent. Idem quoque II) de administratoribus ecclesiarum mutuam pecuniam sumentibus est dicendum. Nam ecclesia, nisi probata versione, aut mandato, ad solutio-  
nem non tenetur. d) Hinc creditor agens etiam litis denunciatione uti potest.

## §. XXIII.

## Vlterior exposicio.

Eadem quoque principia de tutori, pro pupillo mutuam pecuniam contrahente, valent. a) Nam quanquam publicum, quod tutoribus demandatum est, munus apud nos eo pertingat, ut omnia pupilli negotia propria auctoritate peragere possint, nec pupilli consensum, sicut iure romano visitatum fuit b), adhiberi opus sit, nihilominus tamen eo curare debent, ut instar boni patris familias officio suo fungantur, et si forte necessitate suadente, aes alienum contrahere debeant, hoc in utilitatem pupilli collonent. Hoc enim omisso, pupillus ad soluenda debita, quae contraxit

SCHRÖTERI differt. de eo, quod circa operibus Tom. III. p. 98. seq. WOLFG. facta uniuers. licita, iustum est. Ien. 1729. A D. LAVTERBACH de syndicis Tub. CHRIST. BEGOLDVS de iure uniuersitatis 1656. in ei. differt. Vol. III. n. 137. AN-  
ZATUM, extar in opere eiusd. pol. Argent. DREAS RÄMDOHR de syndicis Ienae 1644. LOFFAELI Tract. de iure uniuersitatis 1643. d) BOEHMER I. E. P. L. III. Tit.  
PETRI REBUTFI Tract. de priuilegiis 1693. a) L. 3, C. Quando ex facto tutoris.  
uniuersitatum. Franc. 1585. GEORG ENGELBRECHT differt. de Syndicis. b) L. 9. pr. ff. de administr. et perito.  
Helmst. 1672. FRIEDRICH GERDESIT tutor. L. 5. C. cod. MOLLENH. thesaur.  
differt. de Syndico Gryphsw. 1661. in eius iur. civ. L. XXVI. Tit. VII. not. 3.

tutor, haud est obstrictus, sed creditori pecuniam mutuam datam condicenti semper exceptio deficientis versionis in rem suam obstat. Tali igitur casu existente creditor agens non prohibetur tutori litem denunciare, cum quidem in finem, ut hic ex orationibus tutelaribus versionem factam probet, et sic efficiat, ut pupilli exceptio elidatur.

## §. XXV.

*Alii casus similes proponuntur.*

Magister nauis ex voluntate exercitoris curam totius nauis suscipit. Consentit igitur exercitor, ut omnia ea peragere possit, quae ad nauem bene exercendam conseruandamque spectant. Quare si necessitas exigit, ut ad nauis refectionem, aut ad eius ex periculo redemptionem, aes alienum contrahat, omnino ob praecedentem consensum generalem exercitor ex facto magistri obligatur, et contra eum condicatio certi ex mutuo potest institui, quae adiecitio nomine exercitoria vocatur. Sed haec omnia demum procedunt, si versto doceri potest <sup>a)</sup>. Hac enim non probata, exercitor exceptione versionis non securae se tueri potest. Si igitur exercitor, creditori agenti opponit exceptionem deficientis versionis, tunc omnino creditor magistro nauis litem denunciare potest, ut, quem ad usum pecuniam adhibuerit, demonstraret. Haec omnia quoque de socio sunt dicenda. Sed quia nullam dubitationem habet hic casus, eidem immorari nolo.

## §. XXVI.

*Dominus utilis actor, litem denunciare domino directo potest.*

Dominus directus feudi efficere tenetur, ut vasallus feudum possideat cum omnibus pertinentiis in inuestitura comprehensis. Si igitur vasallus possit

<sup>a)</sup> L. fin. ff. de exercit. art.

possessionem aut nondum nactus est , aut illam amisit et contra detentorem agere cogitur, dominii directi omnino est, illi assistere et suppeditare omnia, quae ad victoriam reportandam ipsi conducunt. a) Quod ipsum dominus, vel sponte facit , vel non. Illud fieri potest vel ita , vt dominus simul in iudicio , tamquam interueniens b) compareat , et ubi vasallii iura defensione indigent , eamdem suggerat , vel ita , vt modo subministret vasallo, quae ipsi proficia esse possunt , iti autem se haud immisceat. Hoc si contingit, plane non video, quid impedit , quo minus vasallus sua et domini directi communia iura in discrimen vocari videns , litem domino denunciat , et auxilium eius, quo indigit , ab illo decenter sibi expetat. c)

## §. XXVII.

a) PHIL. KNIPSCHILD de obl. do- hoc; ius domini directi accessorie inter-  
mini erga vasallum. VIm. 1676. HELL- ueniendi, cessat; quia commune ius agen-  
TELD Elem. iuris feud. Cap. XI. §. 377. di, quod accessoriarum interuentione uniu-  
EIBEN Elect. Cap. XI. §. 16. STIZZI ce fundat, plane deficit. At principali  
diff. de obl. domini erga vasallum, Er- interuentione quo minus dominus di-  
furth 1750. ERASMI VNGEPAVERI rectus vtratur, nil impedit. Quamuis  
dissent. de mutua obl. inter dom. et vas. enim tutus sit absque interuentione, ha-  
Ienae 1651. STRYBENI rechtl. Bedenk. bet tamen actionem, ideoque ius inter-  
Tom. I. Bed. 112. G. L. BOEHMERI ueniendi, nec dominus directus, vt ab  
Principia iuris feud. §. 237. Dissentit interuentione abstineat, et actione sua  
RIVIN. Enunc. iur. Tit. 14. en. 5. contra dominum utilem contentus sit, co-  
gi potest, quia ipsius interesse potest, ma-

b) Haec interuentio pro casuum va- gis rem ipsam habere, quam eius aesti-  
rietate variat. Haud parum nempe te- mationem a vasallo praestandam, Conf.  
fert, 'utrum tertius', contra quem agit Exc. IVST. CLAPROTH in Libello de  
dominus vtilis, re potitus sit, absque interuent. §. 21. not. 6. vbi totum hunc  
culpa et negligientia domini vtilis, anno. casum quam optime exposuit.  
Si illud, dominus directus circa omne c) HOFFMANNI teutsche R. Pr. I.  
dubium etiam tamquam accessorie inter- Tb. 51. Haupt-St. §. 1057. ESTOR Un-  
veniens in iudicio comparere potest. Sin terr. §. 450. et sq. p. 170.

## §. XXVII.

*Prae iudicium ineditum illustris Scabinatus  
Ienensis.*

Praeter duo prae iudicia Vitebergen sium, quorum BROCKESIVS et BER-  
GERVS, vt supra commemorauit <sup>a)</sup>, mentionem faciunt, adiungam aliud non-  
dum editum Ienensium, praemissa integra, quae hoc pertinet, facti specie.  
Superintendentis scilicet cuiusdam vxor M. C. M. molendini, quod possi-  
debat, administrationem priuigno suo I. C. G. M. commiserat, illique melio-  
rationem inuentari ad molendinum pertinentis speciatim in iunxerat. Hacc  
omnia oretenus ita conuenta erant, tradita tamen a nouerca priuigno charta  
blanca, a marito consignata, et ab ipsa subscripta. Priuignus, cum in  
molendinum se fuisse contulisset, ante omnia pecunia opus esse videbat, ad per-  
ficienda ea, quae ipsi commissa erant. Summam igitur, quae necessaria  
ipsi videbatur, a nouerca efflagitabat. Sed frustra. Maritus hac de re a  
filio suo certior factus, qui formulam chartae blancae, quam, vt dixi,  
manu sua conscriperat, ita mutabat, vt filio, vi istius, ducentorum, vel  
trecentorum imperialium fuminam mutuam sumendi potestas daretur. Fi-  
lius igitur, vi huius mandati, a mercatore quodam I. I. S. die XII. Mart.  
MDCCLVIII, in ciuitate E. ducentos florenos misnicos mutuos sumvit,  
in peculiari instrumento fortis cum usuris restitutionem finito mense facien-  
dam promittens. Duobus vero clapsis annis, nec tamen forte restituta,  
nec usuris solutis, ex mutuo mercator aduersus Superintendentis vxorem age-  
bat processu executio. Rea exceptionem falsi opponebat, adducens:  
ex inspectione originalis apparere I) quod charta blanca confecta modo  
fuisse ad id, vt inuentarium ad molendinum pertinentis in ordinem re-  
digeretur et melius redderetur. II) Quod in fine primae lineae addita  
essent

a) Vid. supra §. 17. et 18. not. a.

essent verba: zwey bis drey hundert Reichsthaler, in initio vero secundae lineae adiectum esset verbum: *erborgen.* III) Quod ipsa verborum coniunctio, quae parum bene se haberet, manifestum praebaret adulterae manus indicium. Actor replicando mirabatur exceptionem doli et falsi oppositam, quum integrum documentum illud, excepta reae subscriptione, esset a manu Superintendentis mariti ipsius, in quem falsi suspicio non caderet, ideoque huic, ut breuissimis res expediri posset, litem denunciabat. Hic vero confitebatur falsum a se commissum. Disceptatum erat in actis super admissibilitate litis denunciationis, quippe ab actore facta. Sed illustre collegium Scabinorum Ienensium, ad quod transmissa erant acta, mense Nou. MDCCLXVIII. ob obiectas et probatas alias exceptions reiecit quidem actionem, attamen litis denunciationi locum esse, expresse declarauit.

### §. XXVIII.

#### *Simile praeiudicium Illustris Dicaſterii aulici et prouincialis Meclenburgici.*

Sed proferam aliud huius argumenti perelegans exemplum e causa, quae nuper est in illustri Dicaſterio aulico et prouinciali, quod Gueſtrouii est, perorata et decisa. Molendinum, quod femina quaedam P. iure locationis conductionis perpetuae (*in Erbpacht*) a Nobili quodam de M. possidebat, refectione indigebat, ad quam perficiendam opus erat ingredi fundum alius cuiusdam nobilis de H. Qui quin fieri hoc prohibebat, femina ista aduersus illum experiebatur, et imperatabat mandatum cum clausula de non impedienda refectione molendini. Ille vero de H. excipiendo prouocabat ad libertatem praedii sui, vi cuius non teneretur in eodem admittere tertium quendam. Quo facto femina ista P. Nobili de M. tanquam domino molendini, quod ab ipso tenebat, litem denunciabat, petebat-

tebatque, ut ipfi, qui vi contraclusus locationis conductionis super molen-  
dinum initi illam aduersus quemcunque tueri tenebatur, mandaretur,  
ipsum defendere aduersus exceptions Nobilis de H., eidemque indemnitatem  
praestare. Sed Nobilis de M. excipiebat, et conclusa ab vtraque parte  
causa, sententia sequebatur, qua lis pro actrice item denunciante sequen-  
tem in modum ab illustri Dicasterio decidebatur:

In Sachen der verächtlichen P. verwitweten Müllerin O zu M. Implorantin an einem, entgegen und wider den O. St. Frh. v. M. Imploraten am andern Theil, in punto Grundherrlichen Schutzes und Reparation der Stichschaelung in der M—schen Muehle, erkennen und sprechen Wir FRIEDERICH von Gottes Gnaden, Herzog zu Mecklenburg etc. etc. nach verlesenen und wohlerwogenen Acten fuer Recht: daß, mit Verwerfung der von Imploraten vorgebrachten Einwendungen, derselbe die Implorantin in dem gegen den v. H. erhobenen Proceß gerichtlich beyzustehen und sie zu vertreten schuldig sey. V. R. W. Publ. Guestrow den 26ten Junii 1773.

### §. XXVIII.

#### *Aliud eiusdem Dicasterii praeiudicium.*

Denique non possum, quin coronidis loco aliam eiusdem Dicaste-  
rii sententiam proferam, quae litis denunciationi actoris in casu cessi no-  
minis, de cuius veritate et euictione quaerebatur, aduersus cedentem  
locum dedit. Constituerat scilicet *Primus* fratri, quem *Secundum* ap-  
pellare lubet, chirographum super summam mille Imperialium, quasi  
pecunia esset hereditaria, idque hypotheca muniuit. Post aliquod tem-  
poris spatium hic *Secundus* cedit ius suum tertio eidam de M. Cessio-  
nis instrumentum conficitur, et *Primus* agnoscit veritatem debiti. Sed

postea tertius hic de *M.* ius sibi cessum iterum cedit quarto cuidam *B.* Iam mouetur concursus creditorum in bona *Primi*. *B.* igitur inter creditores ad liquidandum citatos suum quoque nomen profitetur, et prioritatem deducendo fundat se in notorium ius praelationis, quod pecuniae hereditariae debetur, quippe quod a *Secundo* in tertium de *M.* et ab hoc ad liquidantem *B.* translatum esset. Sed obmouebat actor communis, eridarium, quem *Primum* diximus, confessum esse, omnia nomina a fratre suo cessa, esse plane falsa et efficta, nec quidquam se fratri suo, quem *Secundum* appellauimus, debere, Iam ergo *B.* cedenti suo et auctori de *M.* item denunciabat, vt sibi iam, vbi de veritate et falsitate nominis sibi cessi contentio esset, assisteret, seque indemnem praestaret. Recusabat de *M.* auxilium suum, negans se ad illud praestandum cessionario *B.* teneri. Lis ergo inter cessionarium *B.* et cedentem de *M.* super hac re pecularis oriebatur, quae demum hac sententia terminabatur:

In Sachen des P. B. zu F. Litis denuncianten an einem, entgegen und wider den v. M. auf D. Litis Denunciaten am andern Theil in punto euictionis, erkennen und sprechen Wir F R I E D E R I C H, von Gottes Gnaden, Herzog zu Mecklenburg etc. etc. etc. nach verlesenen und erwogenen Acten fuer Recht: daß Litis Denunciat, Einwendens unerachtet, den Litis Denuncianten rechtlicher Art nach zu vertreten, und ihm beyzustehen verbunden sey. V. R. W. Publ. Guestrow den 7ten September 1771.

STVDE-

# STUDEMUNDIO

S V Q

S. P. D.

P R A E S E S.

---

Quem Tu mihi adoptandum obtulisti, libellum Tuum inauguralem, Mi  
STUDEMUNDI, illum Tibi remancupo. Perlegi eundem, quaedam  
quoque immutaui, deleni, adieci. Tu vero perlustrando eum inuenies  
Amice, quam pauca haec omnia sint. Inprimis autem manum abstinui a  
nominatione librorum et legum. Neque enim tempus mihi erat, omnia illa  
loca anquirere et inuestigare, nec opus videbatur multa adiicere. Quare,  
quae Tu protulisti, easfidei Tuae reliqui, et per pauca tantum adieci, quae  
praefantiora putavi, et legenti mihi flatim in mentem venerunt. Neque  
vero adeo adulatoris personam induere possum, ut persuadere Tibi velim,  
plane me non inuenisse, quae immutanda, delenda, addenda essent. Quin  
potius ingenue Tibi fato, meo quidem iudicio, dissertationem Tuam inter-


gra prima sedione, certe maximam partem, carere potuisse. Neque nego,  
 non omnia eo disposita esse ordine, qui mihi rebus prolatis optime conve-  
 nire videtur, cuius rei vel hoc adducere possum argumentum, quod interdum,  
 quae supra dicta iam sunt, inferius iterum proferantur, ideoque bis occur-  
 rant. Sed quum in plerisque dissertationibus academicis, licet me quidem  
 indice non optimo consilio, multa proferantur generalia, quae dicunt,  
 vulgaria adeo, in ordine dicendorum autem multum sit cuiuslibet scribentis  
 arbitrio relidum, et nimis certe foret censoris rigor, qui hac in re omnia  
 ex sua mente tantum diudicare vellet, nec denique alia ratione omnia plane  
 ex meo consilio potuissent digeri, quam immutando totum libellum, ego  
 vero Tibi eundem tuum, non meum reddere vellem, verererque, nec immerito,  
 ne iniurius in Te essem, si pro Tuis, quae nec mihi plane improbanda vi-  
 debantur, mea Tibi obtrudere voluisssem, quae vel ideo, quia mea essent,  
 forte magis mihi probarentur. Hanc ob caussam, et ne Tua industria,  
 laudeque ex ea in Te redundante, Te vel ex parte priuarem, eamque quasi  
 Tecum diuidarem, omnia, prout a Te disputata erant atque disposita, re-  
 liqui, nec quidquam sere, praeter verba non nunquam, immutavi. Quam  
 quidem ob caussam nolui quidem speciebus illis a Te enumeratis, in quibus  
 actor litis denunciatione uti potest, illam addere, ubi quis actione confessio-  
 ria aut negotioria respectu rei ab altero adquisitae, experturus auctori suo,  
 qui praeflare tenetur, ut rem ita, ut illam acceperit, habere liceat, recte  
 item denunciat. Neque adeo necessarium putavi, ut hanc speciem, cuius  
 BERGERVS, SCHAVMBVRGIVS, alii, quos nominasti, mentionem  
 faciunt, in hoc recensu iterum nominares, quum illam iam supra verbis  
 immortalis BROCKESII, cui sit terra leuis, adduxeras. Contra vero  
 Tecum non facio, qui defendis in §. 25. eum, qui creditur exercitori in  
 refectionem nauis, aduersus magistrum nauis agentem condicione ex mutuo,  
 repellit posse exceptione deficientis versionis in rem. Neque id probari posse  
 existimo ex Lege, quam Tu nominas finali D. de exercit. act. quin potius  
 hanc

hanc ipsam perinde ac L. I. §. 9. D. eod. *Tibi plane obflare puto.* Sed ne integrum ſ. deterem, hoc periculo Tuo intactum reliqui. Sed quum in laudes Tuas ex more Praefidum huius generis epistolas ſcribentium, excurrere, eaque, quae placent in Tuo libello, longo carmine recensere nolim, aequius quoque videtur, tacere de iis, quae minus placent. Quod quidem eo tubentius facio, quo longe incundior fuauiorque mihi supersit ſcribendi materia. Sed haec ipsa, quam ſentis in gratulandi officio confifte, quin aliquantulum ad laudandi ſtudium accedat, et raro laudibus carere soleat, ideoque hauid procul ab inuidia abſit, melius mihi videtur priuatis parietibus, quam litteris publice edendis conuenire. Quare id tantum addo, quod ſicuti omnia, quae Tibi eueniunt, fauila feliciaque a Deo Ter Optimo Maximo Tibi apprecep, ita ex animo Tibi optem, ut hic, quo mox Te exornabo honor, et quo Te a me exornari pulcrum mihi duco, uti eſt diligenciae ſtudiorumque praemium, ita fit initium maiorum, quae Te expedit, omnis felicitatis generum, mihiq; certiffimum pignus comis Tuae memoriae amicitiaeque nunquam intermoriturae. *Vale igitur, MiſTUDEMUND,*  
*meique memor res Tuas age prosperrime.* Iterum vale! Scribeb. Buetzovii  
*a. d. XXIII. Decembr. c. I. 1000. 14.*

---

卷之三

(X225 7028)





COMMENTATIO IVRIDICA  
DE  
LITIS DENVNCIATIONE ACTORIS

E I V S Q V E  
VSV ET APPLICATIONE IN FORO

Q V A M

1774, 3

CONSENTIENTE ILLVSTRI IVRECONSULTORVM ORDINE

P R A E S I D E

ADOLPH. FRID. TRENDLELENBVRG

S. PALATII CAESAR, COMITE

AA. LL. MAGISTRO PHILOS. ET I. V. DOCTORE

SOCIET. DVC. TEVTON. HELMSTAD. HONORIS CAVSSA ADSCRIPTO

A D H V C

ERENISS. DVCIS REGNANT. MECLENB. IN FRIDERIGIANA SVA  
IVR. PROF. ORD. ET ICCTOR. ORD. SENIORE

I A M

AD SACRAE REGIAE MAIESTATIS SYECICAE SYMMVM

IN GERMANIA TRIBVNAL WISMARIENSE EVOCATO ADSESSORE

MVSIS BVETZOVENSIBVS

VALE DICTVRO

PRO RITE OBTINENDIS

SVMMIS IN IVRE HONORIBVS

D E F E N D E T

AVCTOR

AVGVSTVS GVILIELMVS STVDEMUND

GRVEBNAGENSIS MECLENBVRGICVS

IN DICASTERIO AVLICO ET PROVINCIALI GYSTROVIENSI

IMMATRICVLATVS ADVOCATVS ORDINARIYS

ET SOCIET. DVCAL. TEVTON. IENENS. SODALIS

BVETZOVII

A. D. XIII. IANVARII A. O. R. 1774.

